



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

27. An audientes comedias peccent saltem mortaliter, quid ex eorum
stipendiis aluntur hystriones, qui peccant, (ut suppono,) lascivas comedias
repræsentando? Ex p. 5. t. 13. & Misc. 1. r. 81.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

RESOL. XXIV.

An sit licitum in diebus festiū computare cum operariis eorum mercedem, & solvere?
Et an qui ex pietate laborant in gratiam Templi, & loci pī in diebus festiū, excusentur à peccato? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 83.

§. 1. **C**asus passim accidit, & ad illum Marchant. *In resol. Pastoral. ad Decal. p. 1. c. 3. quæst. 5.* sic respondet. Quæro quinto, quid dicendum de illis, qui variis sub se habent operarios mercede conductos, & diebus festiū, vel Dominicis eos ad computandum conuocant, & promeritam mercedem solvunt? sic frequenter videmus practicari per illos, qui multos habent operarios in fodiis, in officinis ferrariis, in lapidiciniis, in sylvis cædendis, & similibus. Respondco tales se solent excusare, dicentes, id fieri in gratiam operariorum, qui alio die cogenerunt perdere diurnum laborem ad familiam alemandam necessarium; quod si verum est, iam id ad pietatem tamquam ad caufam excubantem referri poterit. Puto tamen magis consuetudine id introductum quibusdam in locis; nam qui magis pī, & timorati sunt, diem sabbati eis designant, in quo certò mercedem post computum recepturi compareant. Ita Marchantius.

2. Sed ego non video qua ratione talis computatio seruile opus possit computari, & per consequens prohibitum in diebus festiū. nam hæc actio, vel efficiuntur voce vel scriptura, vel recognoscendo ea, quæ rustici vocant *Tagli*; sed, vt patet, hac omnia seruilia opera non sunt, ergo, neque tempus numeracionis pecunia, quæ illis pro mercede præbatur, dato quid est opus seruile, attingit vt plurimum tempus necessarium pro fractione præcepti. ergo. Addo quid per consuetudinem introducam talis actio, etiam si opus seruile esset, excusari posset.

3. Notandum est etiam hic obiter dictum Marchantium *vbi suprà quæst. 2.* docere posse aliquem ex pietate laborare in diebus festiū pro aliquo loco pī, sic enim ait. Excusantur etiam qui ex pietate laborant in gratiam Templi, vel loci pī, maximè ex consensu Parochorum. Ita ille. Neque hac ultima verba defruunt priora, vt quidam parum sciens his diebus mihi afferebat: nam dicitio, maximè, habet vim augmentandi, & non minuendi, & includit casum magis dubitabilem, & implicat idem esse in casu contrario, vt patet in l. 1. §. vel maximè, ff. de excusat. Alibi in Res. 11. & notat Couarr. lib. 2. variar. 6. 7. n. 5. Sed de not. præteri, hac opinione Marchantij alibi ego pertraui.

RESOL. XXV.

An representationes sacra possint fieri in Ecclesiis.
Et notatur aliquis Episcopos prohibuisse dictas representationes ullibi fieri posse abique eorum expressa licentia. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 184.

§. 1. **A**ffirmatiuē responderet Angelus ver. *Iudic. n. 2. vbi* sic ait. Demonstrationes quæ sunt ad honorem Dei, puta Passio Christi, & vitæ aliquius Sancti, non sunt prohibita in Ecclesiis fieri. Ita ille, & ante illum Tabiena eoden ver. quæst. 4. & Syluester quæst. 2. dicto 3. & nouissime Sanchez in opus, tom. 1. lib. 1. cap. 8. dub. 24. num. 23.

2. Non desinam tamen hic adnotare, Bartholomæum Gauantum in *Enchir. Episc. ver.* representationes sacrae, num. 1. contraria sententiam docere, & citat Barbolam de potestate Episcopi. part.

2. *allegat.* 24. num. 25. & obseruat quod Sacha Carolus Borromæus in consil. primo Provinciali prohibuit ut Paffio Salvatoris ullibi agatur. Vale Thomas Zerola in praxi Episcoporum pat. 1. vbi reparationes, obseruat optimè aliquos Episcopos prohibuisse dictas recitationes ullibi fieri post aliis que eorum expresa licentia.

RESOL. XXVI.

Pluries à nonnullis Confessariis quesitus fu. in C. madii interest tam quoad Clericos, quam quoad seculares cestante scandalo, stipulatione mortale? Idem est dicendum de illis, qui legunt libros, in quibus res turpes, & facinora representantur. Ex p. 17. & Misc. 3. Ref. 35.

§. 1. **R**espondi rem esse periculosam, & percatum lethale existimavit Comitulus in resp. moral. lib. q. 22. 2. Tamen si audiantur ob solam vanam curiositatem, abique periculo probabili lapsi, etiam res turpes representantur, & modus representandi turpis, ego puto non esse peccatum mortale. Ita Bonacina, & Squillante *vbi suprà*, Sanchez de matr. lib. 9. dispt. 47. num. 41. Alphonſus de Mendoza quæst. 9. poſtitua, num. 11. fol. mibi 60. Rodriguez in summ. tom. 3. cap. 71. num. 1. Ioann. Salas in p. 1. tom. 2. tr. 13. dispt. 6. sect. 24. num. 165. Lucas p. 2. tom. 2. dispt. 28. de peccatis, memb. 3. §. ex dñi, in fine, vbi ait. Excusari possunt, qui audiunt comedias, vel legunt libros, iu quibus res turpes, & facinora representantur. Si enim, del statio sita in representatione ipsa, & non procedat ad rem representatam, & abil periculum consensus in actus ipsi non est peccatum mortale. Sic ille, & Azorius pan. 3. lib. 5. cap. 27. quæst. 7.

3. Quæ quidem opinio non solum tenenda est, quoad seculares, sed etiam quoad Clericos; non enim peccatum mortaliter celante scandalo, quod puto modo non esse, quia frequentissimum est Clericos comedendi interest; neque ob id seculares ad peccatum mouentur; nam eodem modo audiunt comedias, licet Clerici absentes, & cum eodem determinato, si quod patiuntur. Nec obstat prohibitus cap. cleric. 2. de via & bonis. Clericorum quia secundum innocentium in d. cap. est tantum de honestate: vel quod verius credo cum Caet. in summa, ver. Clericorum peccata, ille textus non obligat sub mortali, celsante scandalo, & contemptu. Deinde contraria consuetudine videtur abrogatum. Et sic hanc opinionem sequuntur Sanchez, Rodriguez, & Salas *vbi suprà*, & nouissime Paulus Squillante de obligat. Cleric. pan. 2. n. 45. Martinus Bonacina de matr. quæst. 4. pan. 9. num. 22. & alij.

RESOL. XXVII.

An audientes comedias peccant sicut mortaliter quis ex eorum stipendiis aluntur histriones, qui peccant, (vt suppono) laicinas comedias representantur? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 81.

§. 1. **I**am probabiliter firmavi in part. 2. tral. 17. quæst. 3. 5. cum multis Doctribus, spectatores sibi etiam Clericos comediarum turpium si interfuerit ob solam curiositatem, vel ne habeant in urbani, foliis peccare venialiter, & ita, me citato, tenet nouissime Barbosa de iure Eccles. l. 1. c. 40. n. 59. & 60. Sed diff. cultas est, an peccat mortaliter ex alio capite, videlicet in soliendo

soluendo mercedem positiū sunt causa ut histriones
vivant in statu peccati mortalis, vt potē multorum
cūminū occasio, & affirmatiū sententiam docet
nouissimū Hieronymus Florentinius in sua Comædī-
cris concl. 7, per totam, cui adde Hurtadum de Men-
dotoz vol. 2. de Sp., & Charitatem disp. 173, sc̄t. 28.
§. 367. vbi probat peccare mortaliter eos omnes,
qui pecuniam dant histrionibus pro pretio audiendi
comædias, quia qui dat pecuniam histrionibus, il-
los alit, & conferuat in statu peccati mortalis, in
quo mul sūn scandalo, ergo peccant mortaliter;
quia illi dant pecuniam. Respondebis nullum in sin-
gulari esse cauam, vt histrio alatur, quia quamvis ego
comædiam non audiam, illam audient ali. Contra
hoc probaret non committi hoc peccatum auditis
vna, aut altera comædia; at verò qui plures audiunt,
non possunt hoc excusari, quia multis comædiis re-
petitis accipit comædias quantitatē pecunie suffi-
cientem ad constituendam materiam grauem; & qui-
dem singulorum pecunie per se graueri concurrent
ad histrionem alendum ad eum opulentem, & luxu-
riam, sine quibus ille non ageret histrionem, ergo
nullus potest dicere suam pecuniam non esse cauam
per te vt histrio perseveret in officio. Deinde
possunt considerari duo genera spectatorum. Primum
est eorum, qui confluunt in theatrum primi, alterum
qui postremi. Primi omnes mortaliter peccant
auditi etiam vna comædia tantum, quia ipsi sunt
motuū vt hic, & nunc fabula agatur. Comædus
enim sine sufficienti auditorio non ager fabulum, hoc
autem sufficientis auditoriorum conflant primi, quando
enim sunt satis multi, propter illos solos ageret fabula
et quamvis nullus adit aliis, ergo omnes illi, qui
sunt caui per se illius actionis, peccant mortaliter.
Tandem probo singulos peccare etiam postremi ad-
veniant, quia histrio conspicatus auditorium integ-
rum illo mouetur ad agendum fabulam hic & nunc,
quam vult agere propter omnes illos, qui pecuniam
toluerunt pro illa audiendi, quia omnes illi collecti
acepi, tunc obiectum adæquatū illius actionis,
qua tunc propter omnes exercetur: diuisiū autem
acepi sunt omnes illi obiectum partiale illius actio-
nis, & non obiectum per accidentem, sed per se; singu-
lorum enim pecuniam per se amat comædus, ita vt
fabulam sit acturus, ne vel semiargentum tenerat
restituere. Imò ipse moram trahit in commœdia incipi-
enda, quia vult aliorum, quos sperat aduentaturos,
pecuniam, propter quam vult etiam agere comæ-
diā. Itaque viro integrō auditorio vult propter inte-
grum illius pecuniam fabulam agere, cuius voluntas
obiectum formale est pecunia integrī auditorij: &
quamvis eam effet acturus coram concione minus fre-
quenti, tamen illam ageret per illam voluntatem:
ea autem voluntas per quā hic & nunc eam agit, pen-
det p̄ se ab hac integrā concione. Item singulorum
pecunia per se iuvat ad lūptū histrionicos, ergo, &c.
& h̄c omnia docet Hurtadus vbi suprā ex quibus pa-
ret omnes spectatores comædiarum nostri temporis
peccare mortaliter, quia ex eorum stipendiis aluntur
tam pessimi homines, vt sunt comedii.

2. Non desinam tamen hic adnotare negatiū
sententiam ex parte docere Nicolaum Baldellum in
disp. Theolog. tom. 1. lib. 3. disp. 18. num. 11. vbi
sic sit. Puto vniuersaliter peccare mortaliter omnes
illō, qui scientes turpitudinem, & obsecratitatem
comædias primi ad illam confluunt, quia reuera per
iplos est vt comædia detur. Postquam verò sufficientis
numerū iam confluxit, & externo peccato histrionum
iam est data sufficiens causa, non videtur ex
hoc capite damnandus, si quis aliud accedit, quia non
amplius eos fuet in peccato, neque eorum pec-

cato dat causam, cum hoc utrumque sufficienter
sit praestitum iam ab aliis. Ita Baldell. & ante illum
Turrian. in summ. p. 1 c. 28. dub. 8.

RESOL. XXVIII.

*An audientes comedias obcenas, si non peccent mor-
taliter ratione periculi peccent tamen peccato scan-
dali, quatenus sua presentia, & pecunia excitant
histriones ad recitandum?*
*Et notatur nullum posse absque peccato scandali alio
inuitare ad comedias vel amatorias, vel quibus in-
honestas choreas, & cantilenas inferuntur. &c. Ex
p. 11. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 52.*

§. 1. **A** Libi pro parte affirmativa adduxi P. Bal-
dellum, & P. Hurtadum, quibus nunc addo me citato Francicum Bricchium in promptuario
Confessoriorum part. 2. cap. 20. Sed per litteras à multis
rogatus fui, cum calus quotidie accidat, vt si Au-
tores contrarium sentientes haberem, palam face-
rem: libenter itaque eis assenser. Ideo prīmo adduc-
am contra supradictos duos alios committitiones ex
eadem Societate Iesu, itaque assent P. Bardi in Se-
lect. 1. q. 2. sc̄t. 15. n. 5. Spectatores possunt dupli-
citer se gerere in hac re. Prīmo possunt se habere ante-
cedenter, in quantum conueniunt cum Histrionibus,
elque promittit accedere ad Comædias, eisque pro-
portionatam soluere mercedem, & hoc vt ipsi Histrion-
es securitatem aliquam de lucra habentes aliciuntur
ad Comædias recitandas, alii non recitaturi; & hos
spectatores indubitate est peccare mortaliter fouen-
tes animū Histrionum ad repræsentandas illas turpes
actiones, & ad loquendū verbū turpia inducentias ad
amorem in honestum. Secundū, possunt spectatores se
habere concomitanter, seu sublequenter, quatenus
iam inueniunt Histriones paratos ad recitandum, ita
vt etiam spectatores huius secundi generis non ad-
serint, adhuc recitarentur Comædias, & hi possunt
excusari à peccato, quia non habent influxum in re-
citationem illam! ceterum hoc speculativè videtur
certum, practicè tamen res est valde periculosa, quo-
niam multitudo cōfidentium esse potest motuum ex-
citans Histriones, vel ad perseverandum in codē loco
ob maius lucrum, quod reportat vel recessentes ad ite-
ram redeundum ad eundem locum, in quo experti sunt
placere recitationes istas, & iplos lucrari. Ita Bardi.

2. Sed magis amplè, & benignè tractat difficultatem P. Ferrantinus de Scandalo disp. 1. q. sc̄t. 6. 4.
num. 36. cum seq. vbi sic assent: Hurtadus existimat
peccare scandalo graui eos omnes, qui pecuniam dant
Histrionibus pro pretio audiendi Comædias. Quia
inter comædum, & spectatores initur pactum, vt
fabula pro pecunia agatur. Verū hæc opinio licet
pia, & tutior, viderit tamen posset alicui satis scrupu-
lo, ac rigida: & ideo si fieri potest, curandum est,
vt tales pecunias tribuentes Histrionibus, à peccato
mortali excusentur. Dico igitur tertio, probabile esse
quod dantes pecuniam Histrionibus non peccent
mortali ex hoc capite præcisè; quod initur pactum
cum illis. Ex probatur, quia verè pactum non initur
eodem modo, quo ipsum explicat Hurtadus, sed
alio longè diverlo: & ita dicendum est, ne proximus,
cum posse p̄sumi bonus in suo acto, presumatur
malus. Potest autem pactum huiusmodi intelligi,
quod fiat ex suppositione, & sub conditione: v. g.
ex suppositione, quod acturi sitis fabulam, ad quam
determinati effici: leu stante hac conditione, quod fa-
bula peragatur, quam agere intenditis, do vobis
pecuniam, vt concedatis mihi locum in aula. Hoc

Alibi signans
in Re. p̄. p̄. c.
rita, ad lin. 6.
& ver. Sed
difficultas.